



# INEVAN

GELIVM LV,

CAE Paraphra

sis ERAS

MI *Auctor domi*

ROTERODA *opus v.*

MI nūc pri *cum exam*

mum & *gat. per m.*

*Correcti.* nata

& edita.

Cum privilegio.

REVERENDISSIMO IN CHRIS-  
 TO patri ac Illustrissimo principi D. Al-  
 fonso de Fonseca Archiepiscopo  
 Toletano & Hispaniarum  
 primate, Michael de  
 Eguia Typo-  
 graphus. S.



ROXIMIS DIEBUS QUVM  
 R. D. T. obtuliffem Paraphrafes in  
 Matthæum & Marcum noſtris præ-  
 lis excuſas, pollicitus quoq; ſum non  
 multo poſt & alteras etiam duas in Lu-  
 cam & Ioannem me exhibiturum. quod modo exhi-  
 beo, & ordine ſuo prius Lucam, qui plenus & fuſus  
 & conſequenti rerum ferie magis ad hiftoricorum le-  
 ges, Chriſti hiftoriam contexuit. quo factū eſt, vt mi-  
 nis coacte Paraphraſeos libertatē admittens, ita eru-  
 dite ac elegāter ab Eraſmo elucidatus ſit, vt nihil Era-  
 ſmicum ſcelicius prodiſſe cenſeatur ab iis, qui de ſcri-  
 ptis alienis ſyncero & candido iudicio pronunciant,  
 quod & pius lector, & ſanæ mentis facile deprehen-  
 det. Singulas autem Paraphraſes nomine R. D. T.  
 in fronte poſito inſigniui, quo ipſa honeſtatis maie-  
 ſtas (vt ait ille) pulchriori quodam ornamento decor-  
 rata, primo quoque aſpectu ipſi populo commenda-  
 retur. Valeat ſcelix Illustriſſima D. T.



A. 240.347



INVICTISS. ANGLIAE ET FRAN 3  
CIAE REGI, DOMINO HY  
BERNIAE, CATHOLI  
CAE FIDEI DE,  
FENSORI, HEN  
RICO eius no  
minis octa  
uo,  
Erasmus Roteroda  
mus. S. D.



**M**ITTO TIBI LVCAM ME  
dicum generosissime Rex, non alium  
quam antehac habebas, sed Latinis  
auribus explanatius fufiusq; loquen  
tem. Nec hic mihi puto sumendam  
operam, vt placem istos, qui nobis occinere solent re  
cte proditam à doctissimis viris sententiam, in mune  
ribus dandis, illud imprimis esse spectandum, vt  
apta sint quæ donamus. Factum est hoc nuper à no  
bis, quum Carolo Cæsari dicaremus Matthæum, &  
ante nos ab eruditissimis hominibus demōstratum  
est, ex præscriptione vetustæ consuetudinis, quoduis  
argumentum recte dici principibus, quos etiam  
si sciamus nunquam lecturos, tamen hinc ea capitur  
utilitas, quod illorum titulis opus studiosorum affe

IN EVAN  
GELIVM LVCAE PARAPHRASIS  
PER ERASMV M ROTE  
RODAMVM.



**N** HVMANIS Qm̄ q  
historiis, quoniam ex dē mul  
cognitione rerum non ti cona  
mediocri capitur vel ti sunt.  
voluptas vel vtilitas, in  
primis requiri solet nar  
rationis fides. Sed hanc  
multo magis esse oport  
tet in Evangelica narra  
tione, quæ non solum  
adfert oblectationem animi vacui, aut vtilitatem ad  
vitam hanc temporariam, verum etiam necessaria est  
ad veram pietatem, sine qua nemo consequitur æter  
nam salutem, vitæq; immortalis nunquam interitu  
ram felicitatem. Nec enim magnum periculum sit, si  
quis ignoret quis fuerit Hannibal aut Alexander,  
quid rerū gesserit Epaminūdas, aut Scipio, quid scri  
pserit Solon, Lycurgus, aut Draco, quid docuerit  
Socrates, Plato vel Aristoteles: quanquam harum

coelesti. Itaque posteaque Iesus variis argumentis confirmasset veritatem resurrectionis suae, adduxit discipulos suos in Bethaniam, iamque abiturus in caelum, sublati manibus benedixit illis, & in hoc patriarcharum ac mosi referens exemplum. Atque interea dum bene precatur suis discipulis, sublatus est a terra, & in omnium conspectu ferebatur in caelum. Discipuli vero procubentes adorauerunt dominum, oculis illum, quoad licuit prosequentes. Magis autem animis prosequuti sunt, posteaque corpus oculis ademptum est. His ita gestis, reuersi sunt Hierosolymam quemadmodum praeeperat dominus. Reuersi sunt autem cum ingenti gaudio. Iam enim fides excusserat omnem maerorem, & certa spes promissorum addebat alacritatem. Interea frequentes erant in templo iam tunc euangelicas victimas immolantes, laudibus ferentes diuinam benignitatem erga genus humanum, & gratias agentes ei, qui tanta beneficia decreuisset per filium suum gratis largiri mortalibus.

FINIS.

Compluti in sedibus Michaelis de Egua  
 Anno M.D.XXV. pri  
 die calen. octobris.